



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nuclevs Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum  
quæ scitu vel necessaria, vel valde utilia sunt  
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

**Agostini, Giuseppe**

**Coloniae Agripp., 1644**

Desiderata in ijs, qui ad minores Ordines promoueri petunt, n. 8.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41767**

id scire, quia &c. nec aliter eiusdem N.  
natales, Baptismus, ætas, & Confirmatio  
sciri potuerunt, ed quod liber baptizato-  
rum & confirmatorum occasione bello-  
rū fuerit desperitus, vel laceratus, vel &c.  
In cuius rei fidem has litteras propria mea  
manuscripsi & subscripti in loco N. die  
N. Mensis N. Anno N.

Desiderata in ijs, qui ad minores ordines  
petunt promoueri.

VIII. Ad minores Ordines promo-  
vendus, non solum prædictus sit omni-  
bus qualitatibus ad primam Tonsuram  
suscipiendam requisitus; sed etiam ea-  
dem tonsura insignitus; & si non origi-  
ne aut Domicilio, saltem Ecclesiastico  
beneficio Diœcesanus noster Colonien-  
sis, aut proprij sui Ordinarij Diœcesani  
litteris Dimissorialibus munitus, lingua  
latinam intelligat, & habeat quoque nō  
pauciores, quam duodecim ætatis suæ  
annos, ac b̄ bonum à Parochio suo & Ma-  
gistro scholæ in qua studuit, & ab ijs et-  
iam, apud quos potiorem vitæ partem  
translegit ac diuersatus est, de vita mo-

rumque probitate, doctrinâ, ingenio, & indole testimonium, eorumque commendatione se ea voluntate, ingenio & indole prædictum doceat, ut non suæ commoditatis gratia, sed Dei tantum causa ad capescendos ordines aspirare credatur, vitaque & exemplo suo alios ad pietatem & cultum Dei esse pertracturum speretur.

acitato c. cum nullus. b Conc. Trid. sess. 13.  
de reform. c. 5. 11. 13. & 17. Statuta Sifridi  
Archiep. Colon. c. 9. in fin pag. 44. Conc.  
Prouinc. Colon. sub Hermanno 5. parte 1. 6.  
19. & 27.

### *Minoribus ordinandi seruent interstitia.*

IX. Nullus se præsentet ad plures ordines minores simul suscipiendos, nisi aliud Episcopo magis expedire videatur, cum extra hunc casum a Concilium Tridentinum voluerit temporum interstitia in minoribus non minus, quam in maioribus Ordinibus seruari, nec quemquam ad sacrum Subdiaconatus ordinem ante annum elapsum ab Accolytatus susceptione promoueri, ut et accuratius,

quar-